

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea


Patavii, 1661

Maledicentia. Eblema LI.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Maledicentia.

EMBLEMA LI.



A RCHILOCHI tumulo insculptas de marmore vespas
Esse ferunt, lingua certa sigilla mala.

COMMENTARI II.

- I. **S**TATVATVR tumulus marmoreus, in quo vndiq; vespæ, insecti genus inuisum, oberrent. Quamuis ceteræ editiones habeant aduolantes & auolantes, hæc tamen pictura magis arridet, quæ vespas potius sculptas (de quibus epigramma loquitur) quam viuas representat.
- II. **A**RCHILOCHVS Poeta Lacedæmonius, vel vt alij volunt, Parius, repudiū ac repulsam passus in nuptijs Neoboles. Lycambis filia, sibi promissæ, Iambis à se repertis saryricè adæo, & grauius ipsum Lycamben deuouit & infectatus est, vt eum cum filia ad laqueum impulerit. Vnde Horatius in arte Poetica:
Archilochum proprio rabies armauit Iâbo,

Et alibi:

Et agentia verba Lycamben.

Ouidius in Ibin:

Postmodo si perges, in te mihi liber Iam'us,

Tincta Lycambeo sanguine tela dabit.

Politianus in Nutricia:

----Licet acrem effusus in iram,

Ore Lycambianus rabioso occiderit ambas

Archilochus. ----

Hinc prouerbia, *Archilochia edicta*, pro

contumeliosis & mordacibus. *Archilochi*

patria, pro maledicis. *Archilochum tere-*

re, Archilochum calcare. pro eo, quod est,

maledicentia delectari. Extat epitaphium

Archilochi, ex quo Emblemata hoc desum-

ptum videtur, lib. 3. Epigram. Græcor.

Σύμω.

Επιτάφια
Archilochi.

Σήμα το δ' Ἀρχιλόχου παρὰ πόντιον, ὅς ποτε πικρὴν
Μῦσαν ἐχιδναίῳ πρῶτος ἔβαλε γέλω.
Αἰμάξας ἰλικῶνα τὸν ἡμερον. οἶδε λυκάμβου

Μυρόμενος τρισῶν ἄμματα θυγατρῶν.

Ἡρίμα δὴ παράμεινον ὀδοιπόρε, μή ποτε τῦδε

Κινήσῃς τύμβου σφῆκας ἐφεζόμενους.
Archilochus iacet hoc in littore tectus, amara

Cuius vipereo carmina felle madent.
Sanguine sedavit Musarum Helicōna, Lycambes

Lugens naturam turpia lova trium.
Hospes abi tacite, irrites ne forte crabrones,
Illius in tumulo quos habitare vides.

Sepulchrum hoc Archilochi littoreum, qui quondam amarum

Musam serpentina primus tinxit bile:
Qui cruentavit Helicōna mansuetum. novit (id) Lycambes,

Lugens trium nexus filiarum.
Sensim verò transi, viator, ne forte huius Moveris tumulo fucos insidentes.

Littoreum Archilochi tumulum en: qui noxia quondam

Carmina a vipereo sanguine tincta dedit:
Isg; cruentavit mansuetum Helicōna: Lycambes

Pendentes natus de trabe tresq; vides.
Tu verò sensim transi, ne forte crabrones Affixos isti commoneas tumulo.

Pindar. 2. Pyth. ait se nolle ἐβουίαια aliquo Ixionem afficere, quod Archilochi conuicia non bene cesserint. Sic ille:

Εὐμὲ δὲ χρεῶν
φειγέην δίκης ἀδινδόν, κακαγορίαν.
Ἐἶδον γὰρ ἑκάς ἰών, τὰ πολλὰ
ἐν ἀμυγυρίῃ

λογερὸν ἀρχιλόχου βαρυλόγους ἐχθροῖσι πεινόμενον. id est:

Me autem oportet effugere morsum imbellem & impotentem, maledicentiam nempe. Vidi enim iam olim multa in egestate positum conuiciatorem Archilochum, insensu obrectationibus enutritum, & quasi pinguem factum. Antisthenes dicebat, Diogenem vespis esse similem. Vespi enim non magnum esse alarum strepitum, aculeum autem acutissimum. Dion oratione 8. & Stobæus Sermon. 11. De Archilochi plura habes apud Val. Maxim. lib. 6. cap. 3.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Alciatum lib. 5. Patere. cap. 18. Prouerb. Irritare crabrones.

TUMULO de marmore] Tumulo marmoreo, vt apud Virgil. 4.

--- Fuit in tectis de marmore templum.

Vespa] Vespa insectorū genus, apibus penè simile; sic dictum, quod vesperi gran-

diores muscas venetur in cibo, ijsq; capite amputato, reliquum corpus absumat. Ves-

pas quoq; eos dici ait Sextus Pomp. lib. vlt. qui funerandis corporibus officium ge-

runt, non à minutis illis insectis, sed quia vespertino tempore eos efferunt, qui pompa funebri duci propter inopiam nequeunt.

Vesparū mirum artificium in cōstruendo nido describit Pierius Hieroglyph. lib. 26.

Certa sigilla.] Quæ sunt symbola certarq; nota: hominis intemperanter lingua abutentis, vt qui maledicentissimus fuerit.

VESPÆ tumulo affixæ Archilochi, linguæ malæ petulantiam effrenem arguunt: hæ enim rauca sunt & mordaces, sed nullam ab ijs neq; oblectationem, neq; fructum comparare possis, vt nec à maledicis aut mordacibus expectare quicquam præter aculeum debes. Sub Archilochi nomine intelligitur scriptor quius, insolita quadam verborum petulantia & mordacitate alios infectans: in quo tamè neq; curam, neq; eruditionem possis deprehendere: sed hoc tantum notus, quòd audaciā in obrectando maluerit ostentare, tamq; prauè innotescere, quàm stare gratis, & cum silentio, vt loquitur Martialis. Luber atterere cenotaphium Laurentij Vallæ, Epitaphiū Val-

læ. mordaci effectū stylo, vt mordax ille fuit in scriptis penè omnibus à se editis.

Venit ad infernas postquā Laurentius ades: Si quæris quid agat: nunc quoq; mordebunum.

Mordacius fuit Aretini virulenti ac pestiferi scriptoris Italicæ epicedium, lingua Hebræica conscriptum:

Qui giace l' Aretin Poeta Tosco, Che disse mal d'ognun, fuor che di Dio, Aretinò: Scusandosi con dir: non lo conosco.

Cuius hic ferè sensus: Hic iacet Aretinus vates Hetruscus, qui petulantis linguæ virus in quoslibet euomebat, præterquam in Deū, cuius nullam habebat cognitionem. Et hi tales nonne ad venena nascuntur? Maledici cum velut scorpionis ictu optimum ei, quemq; lacinarint, ac fistulato vulnere, vt Hieronymi vtar verbis, viam aperuerint,

--- Eμὲ δὲ χρεῶν φειγέην δίκης ἀδινδόν, κακαγορίαν. Ἐἶδον γὰρ ἑκάς ἰών, τὰ πολλὰ ἐν ἀμυγυρίῃ λογερὸν ἀρχιλόχου βαρυλόγους ἐχθροῖσι πεινόμενον. id est: Me autem oportet effugere morsum imbellem & impotentem, maledicentiam nempe. Vidi enim iam olim multa in egestate positum conuiciatorem Archilochum, insensu obrectationibus enutritum, & quasi pinguem factum. Antisthenes dicebat, Diogenem vespis esse similem. Vespi enim non magnum esse alarum strepitum, aculeum autem acutissimum. Dion oratione 8. & Stobæus Sermon. 11. De Archilochi plura habes apud Val. Maxim. lib. 6. cap. 3.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

Diogenes vespis similem.

III

Vespa

Vespa ob-

rectatio-

res.

IV

Epitaphiū Val-

læ.

mox latius veneni pestiferam vim fundit. Atra hominum, ut inquit Plinius, ceu serpentum lingua vibrat, tabesq; animi contrectata omnia adurit, culpantium omnia, ac dirarum alitum modo tenebris quoq; & ipsarum noctium quieti insidentium gemitu, quæ sola vox eorum est, ut inauspicatarum animantium vice, obuij quoq; ventent agere aut prodese vitæ. Nec tamen vllum aliud abominari spiritus præmium nouere, quam odisse omnia. Cicero pro Platio: Nihil est tam volucere quam maledictum; nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius dissipatur. Fœrens sermo putridæ mētis est indicium; hinc nihil grauius olet, quam oris malum & virulentum mephitis. Plauti ex Poenulo scita sententia est, in maledictos, ac velut Scyllæos canes concinnata.

Isthic est thesaurus stultis in lingua situs, Vt questus habeant male loqui melioribus.

Medius
adulatur.

Fuit Medius quidam ex Alexandri adulatoribus, qui alios hortabatur, calumnias in quemuis audacter conflarent. Nam etiam is, inquit, vulnus perferant, in quem morsum infixeris, nihilominus cicatricosofos conuifetur locus. Balatronem quoq; inuenio scurram fuisse virulentum: vnde Horatius: *Balatro suspendens omnia naso.* Et Hieronymus: Ne me putes in modum rustici Balatronis cuncta Origenis reprobare. In hoc pestilentie virus scite conformatum est adagium, ut *ocimum serere* dicantur, quum perniciosus se carptorum vituperorumq; subducti supercilij vibrat identidē spiritus, cuius nocentissimi non aliud ferē opus est, quam cuiusq; famam profcindere, & teterimi veneni luridam tabem affigere, qua plurimum vita deflorescit, paratur rebus exitia, & mentium quoq; (ut sic dicam) exuruntur incima, quādo nihil est, quod sordidus dens, & felle non lita, sed macerata vox non concutiat, dum luto eodem conspreat omnia, nec in se ingestum diluit, aut de alterius oculo festucam excusura, suam prius trabem eximit. Adagij ratio est, quoniam (ut Plinius inquit) nihil ocimo fecundius, cum maledictis ac probris ferendum præcipiunt, lætius prouenit. Caterum ne lingua nostra sit gladius acutus, dum sale multo hunc illumq; defricamus, meminimus Archi-

lochi libros ob solam dicacitatem & ingenij virulentiam è Lacedæmonijs vrbe sua in chilocho terdictos, ne illorum lectione quippiam de veneno honestis illorum moribus instillaretur, quando ad bene dicendum natus homo est, non ad infingendum atrocis linguæ vibrantem aculeum optimo cuiq; non ad inspergendam factis alienis labem. Videmus tamen ferreque ac pari cogimur Archilochos & Aristarchos quosdam in publicis scholis,

Aristarchi

Qui omnia se simulant scire, (Plauti verba sunt) nec quidquam sciunt.

Quod quisq; in animo habet, aut habiturus est sciunt.

Id quod in aurem Rex Regina dixerit sciunt. Quod Iuno fabulata est cum Ioue, Qua neq; futura, neq; facta sunt, tamen ij sciunt.

Quod si ijs, ut Asiuro illi Æsopico, leonis pellem detraxerit, illico illæ aures Midæ latitantes patebunt. Et cur in Midæ familiam eos non transcribam? cum dictus putetur Midas, quasi *μυδῆς εἰδὸς*, hoc est, nihil sciens. Nihilominus hi tales nil aliud pensi habere videntur, quàm ut stylo confodiant quoscumq; vel rei literariæ principes, seq; ex ea obrectandi licentia palmarium quærere. Infelix hominum genus, qui grunnitu porcos, larratu canes, ruditu afellos malunt æmulari, suamq; pruriginem, ac scabiem prodere, quàm intra fores Musarum *τὰς ἀφθόγους* se continere Audi te, ò vipera, quid vobis occinat Italus quidam Poeta, sanè venustissimus:

Punge la lingua più che la saetta.

E fu da la Natura

Cinta di doppie mura,

Perche s'habbia à tener guardata, e stretta,

Tu, che l'hai sì attoscata

Ver so la fama altrui.

Tiella de' denti tui

Rhinchiusa frà i cancelli,

Ch'om di non te la rubino i coltelli.

Sed cesso plura maledictis bene dicere, saltem Anticyras eos nauigare velim, ut peccatoribus hellebero purgatis, & deposito illo ignorantie atq; obrectationis morbo, ad saniores tandem, Æsculapio fauente, mentem redeant. Quod in tanta maledictorum frequentia magis opto, quàm spero.